



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

Concilivm Africanvm II. Svb Innocentio Anno 404. VI. Kalendas Iulias  
habitum Carthagine, in quo contra Donatistas ad Honorium imperatorem  
legatio decreta fuit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

INNOCENTIVS AFRIC. I. II. ET III. ARCADIVS<sup>7</sup> IMPP. 97  
P. I.  
HONORIVS<sup>7</sup>

ANNO CHRISTI 403. more prædonum longe lateque grassati sunt; adeo ut imperator quatuor rescriptis ad Hadrianum præfetum prætorii hoc anno datis, eos compescere debuerit.

*Conuenimus vos, &c.]* Hæc est illa forma conuentionis singulis præscripta, qua quid Donatistarum præfectos conuenturi, principio conuentionis dicere ac facere deberent, decernitur.

CONCILIVM AFRICANVM II.  
SVB INNOCENTIO

Anno 404. vi. Kalendas Iulias habitum Carthagine, in quo contra Donatistas ad Honorium imperatorem legatio decreta fuit.

ANNO CHRISTI 404. EXTAT Græce & Latine infra in Concilio Africano. Initium illeius tale est: *Gloriosissimo imperatore Honorio Augusto sextum consule, &c.*

N O T A.

*Concilium.*] Anno 404. Carthagine celebratum est Concilium hanc ob causam: Donatistæ ad pacem & concordiam amice inuitati, fraternalm communionem non tantum contempserunt: verum etiam conuenientes se episcopos catholicos, vt supra dixi, armata manu exagitarunt. Ut huic itaque malo remedium quæreretur, decreta est legatio ad Honorium imperatorem, vt is sua auctoritate interposita Donatistarum furorem coercat & compescat. Legatis in Synodo designatis, in scriptis data est admonitio, quæ Commonitorium dicitur, atque insertum infra ponitur, vnde quid agendum foret cognoscerent. Ut securitati catholicorum interea temporis consulerent, iudices ad sui patrocinium per literas solicitarunt. Legatis commendatitias ad Romanos, aliosque episcopos illius loci, vbi imperator moraretur scriptas, addiderunt. Baron. anno 404. num. 123.

CONCILIVM AFRICANVM III.  
SVB INNOCENTIO

Anno 405.

ANNO CHRISTI 405. EXTAT Græce & Latine infra in Concilio Africano incipit sic: *Stilicone iterum & Arthemio viris clarissimis consulibus &c.*

N O T A.

*Concilium.*] Antequam legati præcedente Africano Concilio de-  
Concil. Tom. 4. N